



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 78. Hæc Pontificis Constitutio a Facultate Parisiensi recepta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII.  
A. C. 1705.

§. LXXVIII.

*Hæc Pontificis Constitutio a Facultate Parisiensi recepta.*

Sub idem ferme tempus Ludovicus XIV. Franciæ Rex ad Parisiensem Facultatem Theologicam die trigesima Augusti literas dedit, quibus Facultatis Doctribus injunxit, ut Constitutionem Pontificiam executioni darent, atque in Thesibus & prælectionibus tam Philosophicis quam Theologicis nihil decisionibus in præfata Constitutione contentis contrarium tradant, doceantque: Hanc epistolam Cardinalis Noalii Parisiensis Archiepiscopus Francisco Joifelio Decano, sex aliis Magistris, & Virantio Facultatis Syndico, quos ad se accersiverat, unacum Pontificis Constitutione tradidit, significavitque, *mentem Regis esse*, ut S. Facultas quocunque negotio ad alia comitia remisso, in hodiernis vacet recipiendæ præsatæ constitutioni, iisque præcipiendis & statuendis, quibus illa totam obtineat in Scholis Theologicis cum debita reverentia autoritatem. Ea res Decanum summa affecit lætitia, eo potissimum nomine, quod, cum e manibus Innocentii decimi primam adversus Jansenianam hæresin Constitutionem, jam elapsis

Sæc. XVII. lapsis abhinc annis quinquaginta du-  
A. C. 1705. bus accepisset, nunc quoque solemnam  
Clementis undecimi Bullam (quæ ul-  
timum videretur futurum esse Ecclesie  
super ea re judicium) ad Sacram Fa-  
cultatem deferre posset.

Postea tam Regis epistolam, quam  
Papæ Bullam prælegendam Facultatē  
tradidit, quibus reverenter auditis Syn-  
dicus hæc effatus est. „Felix est dies  
„hæc, nec satis lætari possunt Sacer-  
„dotes & Doctores, quod Rex glorio-  
„sissimus immensis occupatus Regni  
„negotiis, simul etiam ad omne Reli-  
„gionis & Ecclesiæ bonum intentus  
„tanta sollicitudine incubuerit impe-  
„trandæ a sancta Sede necessariæ Con-  
„stitutioni, ac tam prompto animo cu-  
„ret, ut illa ab omnibus religiose  
„quamprimum observetur; quod au-  
„tem eam vim ab Illustrissimis Gallia-  
„rum Episcopis receptam, necdum  
„publici juris factam unacum regali-  
„bus literis ad Sacram Facultatem  
„transmiserit, perhonorificum est Re-  
„giæ in Theologiam Parisiensem singu-  
„laris benignitatis & benevolentiae te-  
„stimonium. Ab annis quinquaginta &  
„amplius vexari Ecclesiam pertinacis  
„hæresis molestissima factione: pugnare  
„adversus rebelles acriter & magna  
„cum laude Sacram Facultatem, nemo  
„est,

„est, qui ignoret: nondum hodie Va- Sæc. XVII.  
„ticano e colle emittitur præsidium, A. C. 1705.  
„quo tandem contumaciam omnem ce-  
„dere necesse sit, & vinci; exhaustum  
„jam videbatur omni ex parte nego-  
„tium, imo & ita finita causa, ut non  
„possit non esse finitus error, si quis  
„errantibus pudor supersit, ita a sum-  
„mo Pontifice conditum est, & con-  
„cinnatum diploma Apostolicum, ut,  
„quod tenendum sit, plene adstruat,  
„quod autem fugiendum, longe arceat,  
„cavillos prævertat, & dissipet, dicta  
„omnia priorum Pontificum ab injuria  
„vindicet, & concordem in iis verita-  
„tis defensionem demonstret, assennum-  
„que & obsequium victri ci Sapientia  
„simul alliciat, & imperet, omnia Sa-  
„cræ Constitutionis verba librata sunt  
„lance fidei, & Christianæ prudentiæ,  
„sententias sublimes æque ac lucidas,  
„errorum censuram fortem, ac certo  
„ferientem, doctrinam denique solida  
„a Perta excisam, & Apostolico fulgore  
„corruscantem videmus, non potest  
„non agnosci mens, animus, stylus  
„ipse Sanctissimi Ecclesiæ capit is pro-  
„prio ore sacra fundentis oracula, &  
„ipsa Apostolica manu veneranda toti  
„orbi Christiano rescripta delineantis,  
„spirant cuncta totum a se ipso expres-  
„sum magnum Clementem hoc studio  
„vin-

Sæc. XVII., vindicandæ & asserendæ fidei, hoc  
A. C. 1705., vigore authoritatis, hac moderatione

„Sapientiæ, hac majestate eloquii,  
„hac sincera & aperta, quam docet,  
„omnibusque præscribit professione re-  
„ritatis, cæterum non mediocri esse  
„deberet Parisiensibus Doctoribus fo-  
„latio, & ad tuendam, quam secati-  
„student, fidei puritatem, incitamen-  
„to, quod ipsorum deliberatio Kalen-  
„dis Septembribus anni præteriti ha-  
„bita ita huic recenti Clementis un-  
„decimi Sanctioni confona sit, ut jam  
„possit merito gloriari a se traditan-  
„suisse, & commendatam doctrinam  
„vere Apostolicam, dico, finem dicendi  
„nullum fore, si sacræ Constitutionis fini-  
„gula capita prædicentur, moras né-  
„ctendas non esse pietati Magistrorum  
„properantium ad commune officium  
„Bullam laudari melius non posse,  
„quam prompto, candido, integroque  
„obsequio, Syndici quidem hac in parte  
„necessarium non esse ministerium:  
„ipsius postulationes, & rogationes  
„præverti votis communibus; ne quid  
„tamen solitis desit solemnitatibus &  
„formulis, postulo, ut Sacra Faculta-  
„solemni Decreto recipiat præfatam  
„Bullam, eamque referri jubeat un-  
„cum Epistola Regis, suos in communi-  
„tarios, & provideat strictis cautioni-  
„bus,

„bus, ne quis unquam illam ullā ex s̄ec. XVII.  
„parte violare præsumat, ac tandem A.C. 1705.  
„decernat, publicas Regi optimo &  
„Religiosissimo gratulationes.,,

Absoluta hac oratione Decanus una-  
cum ducentis Doctoribus unanimi suf-  
fragio, summa cum reverentia & re-  
ligione I. recepit, & amplexa est Con-  
stitutionem S. Pontificis Clementis un-  
decimi . . . jussitque, ut addita men-  
tione singularis obſervantiæ, & alacris  
obedientiæ referretur unacum literis  
Regiis in Tabulas, & in acta publica  
Sacræ Facultatis.

II. Præcepit omnibus & singulis Ma-  
gistris, Doctoribus, & Baccalaureis ut  
eam colant, & obſervent, prohibuitque  
sub pœna ipſo facto incurrenda exclusio-  
nis ab omni gradu, & ſpe Magisterii, ne  
quis dicto, scripto factove definitis in  
dicta Bulla ullatenus adverſetur.

III. Statuit adeundum eſſe per ſeſe  
Seniores, & Syndicū, Eminentissi-  
mum Parisiensem Archipræfulem, iſpi-  
que renuntiandum, quid Decretum  
hodie fuerit a Sacra Facultate, & ſi  
mul reverenter ſignificandum, maxi-  
me in votis eſſe Sacræ Facultatis, ut  
ſaltem per Venerabilem D. Decanum,  
& Deputatos poſſit Regi coram gratu-  
lari Zelum, quo fidem, Ecclesiamque  
protegit, & ſingularem, qua in præ-

Hist. Eccles. Tom. LXVII. S fenti

Sæc. XVII. senti negotio erga Sacram Facultatem  
A. C. 1705. usus est, bonitatem & benevolentiam;  
 tum denique actis Eminentissimo Archipræsuli maximis gratiis ob continuam ipsius de Sapientissimo ordine  
 bene merendi voluntatem, ipsi suppli-  
 candum esse, ut interposito apud Sanctam Sedem officio certiorem faciat  
 beatissimum Pontificem, quam prompto  
 obsequio, quam sincero plausu, quam  
 devoto pietatis gratissimæ affectu Sacra  
 Facultas receperit recentem ipsius Constitutionem.

IV. Decrevit in exigendis Candidatorum subscriptionibus utendum esse imposterum Formula præscripta ab Alessandro VII. relata, & confirmata in præsenti Constitutione, quam Rex misit ad Sacram Facultatem. Hujus autem quarti Articuli executio communis consilio suspensa fuit, donec de Regia voluntate consuleretur Eminentissimus Archipræsul.

Die autem quinta Septembbris S. Facultas ea, quæ pridie concluserat, confirmavit, Bullamque priusquam ad Parlamenti tabulas relata fuisset, acceptavit, moxque Decanus unacum sex Facultatis Doctoribus & Syndico Verfaliis Regem adiit, ac totius Facultatis nomine eidem exposuit, quam religiosa gratulatione & admiratione pro- sequar.

sequatur ordo facer quotidiana ipsius Sæc. XVII.  
ad tuendam fidei puritatem, & afferen- A.C. 1705  
dam Ecclesiæ authoritatem merita,  
quam grata Veneratione nuper exce-  
perit, transmissam ad se unacum Re-  
giis literis recentem summi Pontificis  
Constitutionem, quam prompto obse-  
quio illam in Tabulas retulerit, & ob-  
servandam ab omnibus Magistris, ac  
Candidatis unanimi deliberatione san-  
xerit.

Ad hæc Rex reposuit, Sacram Fa-  
cultatem a se semper magno habitam  
fuisse in pretio ob continua & magna  
ejus de Ecclesia merita, maxime ob  
constans & attentum studium amoven-  
dæ omnis profanæ novitatis, gratum  
sibi accidisse, quod nuper actum est a  
Sacra Facultate circa fuscipiendam &  
executioni demandandam ultimam sum-  
mi Pontificis Constitutionem: hortari  
se, ut Sacra Facultas eodem semper  
Zelo, & animo perget prodesse & fidei  
& Regno; satagat imprimis coercere  
vere & fortiter inquieta, & novita-  
tis amantia, si quæ modo occurrerint,  
ingenia; pollicerique Sacræ Facul-  
tati, nunquam defuturam, si ea opus  
habuerit, Regiam authoritatem.